



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. V. Hendecasyllabi poëta veteris apud Isidorum maculosiſimi nitori
suo restituti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Eadem Scæna paullo post:

Sed Simo ut probe tactus Ballio est! quæ tibi dixi

Effecta reddidi. s. i. derides? pessumus homo est.

Inclinat animus credere, scribisse poetam, pessum is

modo ut. Pessum ire, perire est: ut pessum dare, perde-

re: & in eadem significatione, pessum premere. Mo-

stellaria: Istum pro suis factis pessumis pessum premam.

Docta translatio est à re maritima: argumento est lo-

cus Cistellaria:

Mariumis moribus mecum experitur, ita meum frangit

amantem animum,

Neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi vana abest

Perdito permicies.

Siue figura vsurpauit Rudente:

Nunc eam cum nauis scilicet abiuisse pessum in altum.

Deiuli admodum fallor, Mostellaria quoque, Scæna

Melius anno hoc:

Sed Simo, ita nunc ventus nauem nostram

Deferuit. s. a. quid est? quo modo pessimè potuit

Quæ ne subducta esset in terram ante hac?

Quo enim, quo modo pessum ire potuit. Non potest, in-

ter, ut submersa vobis nauis sit, quam in terram

subduxistis. Et confirmat correctionem meam,

quod subiicit mox Tranio:

Venit nauis nostræ quæ frangat ratem.

CAPVT V.

Endecasyllabi poeta veteris apud Istrum maculosissimi
suorum suo restitui.

FATENDVM est: nimium amo antiquorum ho-
minum ingenia, multoque lubentius pasco auidita-
tam meam reliquis eorum quantum libet ambebis

A 4 blat

blattarum, & qui non minus infesti iis, emendatorum dentibus; quam luculentis canis vbiq; nesci scripturientium. Itaq; cum incidissem nuper in bellaria nescio cuius poetæ, temperare mihi non potui quin vt defacanda arbitrarer sententiam meam delictatis conuiuatoribus proponerem. Sic igitur Illudrus Etymologici libro xix. cap. xxxii.

Thynius (anulus) purus est, primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thyniam vocabant. Flaccus: Lugens te mea vita nec smaragdos beryllosque mi Flacce, nec nitentes perdidida margarita quero, nec quos thynica lima perpoliuit. Os nec Iaspis capillos.

Hos versus cuiuscumque sunt: nam Flaccus ille laudatur irrepsit ex ipsis versibus, & propè est vti viro docto C. Cilnij Macenatis in Horatium credam: sed cuius cuius sunt, ita emaculatos non pessimè arbitror:

*Lugens te, mea vita, nec smaragdos
Beryllos neque, Flacce, nec nitentes,
Semper candida quaero margaritas
Nec quos Thynica lima perpoliuit
Anellos, nec Iaspis lapillos.*

Notus mos Romanorum ponendi in lectu amoenissimi venustissimè tangitur: hoc animaduerso sententia non obscura est. Margaritæ nitentes semper candida, sunt candida, vt Virgilius dixit, *Crebra ferunt crebrò*. Bithyniam olim dictam Thyniam, notam ex multis auctorum locis, verius tamen fortasse ad ista partem dumtaxat eius nominatam, cui rei auctor Ammianus, qui libro xxii. in Mariandynam & Thyniam eam distributam memoria perdidit.